



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**VRBIS|| HIEROSOLIMÆ|| QVEMADMODVM EA CHRISTI||  
tempore floruit, & suburbanorum eius brevis.||  
descriptio.||**

**Adrichem, Christiaan van  
Coloniae Agrippinae, 1585**

**VD16 A 298**

Loci Ad Merid. Vrbis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64394)

178 LOCI AD MERID. VRBIS.

LOCI AD MERIDI  
DIEM VRBIS.

215.

Dan. 14. f.  
Breiden. 14  
Iul. d.  
Salig. to. 10.  
cap. 2.



BACVC. Hic  
Angelus Domini  
prophetam Aba-  
buc prandium  
messoribus feren-  
tem capillis appre-  
hedit, ac vnà cum

cibo in Babylonem ad pascendum  
Danielem in lacu septem leonum in-  
clusum, transtulit. Quo cibato, eun-  
dem huc reduxit.

216.

Zach. 11. c.  
Mat. 27. 4.  
Act. 1. c.  
Hier: in loc.  
Hebr. lit. A.  
& in loc. act  
Apost. lit. A.  
Nicep. 8. hi-  
stor. eccl. 30.  
Broc. itin. 6.  
b. c.

ACELDEMA, siue Hacede-  
mach, hoc est, ager sangui-  
nis. Ager erat figuli ad austra-  
lem plagam montis Sion situs,  
à tergo habens montem eiusdem no-  
minis mediocriter altum, iactu lapi-  
dis à Piscina superiore distans. qui Iu-  
dæorum consilio, triginta argenteis,  
quibus Iudas Christum vendidit, in  
sepulturam peregrinorū emptus est.  
Cuius medium Imperatrix Helena  
quatuor

LOCI AD MERID. VRBIS.

179

quatuor muris, longitudine septuaginta duorum, latitudine verò quinquaginta pedum, fecit includi, ac superius testudine (quæ septem foraminibus, per quæ defuncta Christianorum peregrinorum corpora demittuntur, patet) concamerari.

Breid. 14.

lul. 6.

Sal. 10. 6. ca.

5. Et tom. 10

cap. 1.

Pasc. d. 197.

Est verò huius terræ virtus mirabilis & fidem pænè superans, quòd defunctorum corpora viginti quatuor horarum spacio in puluerem redigat. quam virtutem etiam in alias regiones deuecta minimè perdit. Nam cum iussu Imperatricis Helenæ de hoc agro, quantum terræ ducentæ & septuaginta (vt aiunt) naues capere poterant, Romam auectum, ac iuxta montem Vaticanum in eum locum exoneratum sit, quem incolæ CAM-PVM SANCTVM vocitant, licet cælum mutarit, eandem tamen retinere vim quotidiana experientia docet. Romanos enim respuens, sola peregrinorum corpora ad sepulturam admittit: quorum etiam hic omnem carnis substantiam intra viginti quatuor horas prorsus consumit, ossibus tantum residuis.

M 2

AGER

217.

4. Reg. 18. d  
Isai. 7a 36 a  
Brocar. itin.  
6. b. c.

**A**GER FULLONIS, ad vr-  
bis meridiem ab Aceldema  
tendens vsque mōtem Gion.  
vbi fullones suos pannos in vi-  
cino torrente Gion lotos, extendere  
& ficcare solent.

218.

Hieron to. 1.  
in catal.  
scriptor.  
ecclesiast.

1. Cor. 15. a.  
Breiden. 14  
Iul. c.

Sal. to. 9. c. 1  
Pasc. d. 192.  
& 230.

Mat. 26. g  
Luc. 24. e  
1. Cor. 15. a  
Breiden. 12.  
Iul. a.

**A**NTRVM IACOBI mi-  
noris. in quo, cū se iuramen-  
to cōstrinxisset non comestu-  
rum panem ab hora, qua cali-  
cem Domini biberat, donec Christi-  
ū mortuis resurrexisset videret, triduo  
Dominicæ passionis latuit Ideoque  
Dominus etiam ei post resurrectio-  
nem suam seorsum hic apparuit. In  
cuius honorem Christiani isto loco  
postmodum ecclesiam crexerunt.

219.

**A**NTRVM PETRI Apo-  
stoli. in quo post trinam Do-  
mini negationem, culpam suā  
amara pænitentia & lacrymis  
exipauit.

LOCI AD MERID. VRBIS.

181

expiauit. Cui fortè ibidem se Dominus post resurrectionem suam conspicendum exhibuit. hic etiam sacellum postea extructum fuit: quod nunc funditus euersum est.

*Sal. to 9. c. 1.  
Pasc. d. 192*

220.

**C**ASTRA ASSYRIORVM, quæ posita erant iuxta Piscinam superiorem. quorum robustissimos quosque ad centum & octoginta quinque millia in vindictam blasphemix prima obsidionis nocte Angelus Domini occidit. Eorumque corpora, ne aërem foetore inficerent, in puluerem, ait Augustinus, redegit: vestibus tamen & armis, quod populus Ierusalem spolia habere posset, manentibus integris & illæsis. Huius cædis, olim D. Iohannes Chrysofostomus pictam in tabula imaginem habuit: vt refert Concil. Nicænum secundum, probans iam tunc apud fideles imaginum usum celebrem fuisse.

*4. Reg. 18. d*

*19. g.*

*2. Par. 32. e*

*Isa. 9. & 20.*

*Iose. 10. at. 2*

*& 6 bell. 71.*

*August. 10 m*

*10 ad fratres*

*in eum. ser-*

*mon. 25.*

*Liran. in 4.*

*Reg. 19.*

*Act. 4.*

M 3 DO.

## 221.

*Breiden. 14.  
Iul. d.*

**D**OMVS ELIAE. in qua Elias propheta aliquando habitasse perhibetur. vbi etiam postea constructa est ecclesia.

## 222.

*Iosue. 15. b.  
& 18. c.*

**E**ROGEMONS, aliàs mons Meridionalis dictus, altus & celsus est ad vrbis meridiem, parùm versus occidètem vergens.

*4. Reg. 15. a.*

*2. Par. 26. c.*

*Amos. 1. a.*

*Zach. 14. a.*

*Ios. 9. ant. 11.*

*Adam Reif-  
nerus. &*

*Ioan. Heyde-  
nus, indescr-*

*ption. vrbis  
Ierosolyma.*

*lib. 7. cap. 2.*

de quo hoc notatu dignum legitur. Quòd cùm Ozias rex Iuda sumpto sacerdotali habitu sanctuariũ templi ingressus super aureũ altare thymimatis, Deo thuris incensum adolere, quod solis sacerdotibus fas erat, presumeret, factus sit illicò terremotus maximus, cuius etiam amos & Zacharias Prophe-  
tæ, faciunt mentionem, quo & ipsum templum superiùs fissum fuit, & mós iste scissus medius: tanta quidem vi atque virtute, vt altera eius pars sua volubilitate per quatuor stadia procedens, obiectu demùm orientalis montis (qui mons Offensionis vocatur) constitit; obstructa via publica, & oppres-

oppressis ruina hortis Regijs. Ipse interim Rex Ozias fulmine iectus, lepra in fronte percussus est. quapropter statim templo atque vrbe eiectus, tabe per omnem vitam ipsi adhærente, in domo separata vsque ad diem mortis sue seclusus fuit.

223.

**F**ONS. Ad hunc fontem stella, quæ tribus Magis Ierusalém ingressis disparuerat, ipsis rursus apparuit: duxitq; eos in Bethleém.

Matt. 2. 6.  
Breiden. 14.  
Iul. d.  
Sali. tom 10.  
cap. 2.  
Pasc. d. 233.

224.

**F**OVEA IEREMIAE Prophetae, In qua amaro animo sedens, quadruplici Alphabeto metrico dolens & flens, lamentatus est ac descripsit destructionem Ierusalem per Chaldaeos iam iam factam, ubi Helena Imperatrix, ceste Nicephoro, mirifica construxit opera.

Thren. 1. 2.  
3. 4. 5.  
Nicepp. 8. histor. eccl. 30.

225.

**I**SAIAS. Hic Isaias nobilis ille Propheta, cum plus minus septuaginta annis in Ierusalem prophetaf.

Argument.  
in Isaiam.  
Hieron. tra.

M 4

phetaf.

*dit. Hebr. in*  
*2. Par. 33.*  
*Broc itin 6 b*  
*Breiden 14.*  
*Iul. c.*  
*Sal. to 10. c. 1*  
*Pasc. d. 197.*

phetasset, iussu manasse regis (cui, ut scribit Hieronymus, auus fuisse traditur) ferra in duas partes sectus, occubuit. Sepultusque est sub quercu Rogel, iuxta transitum aquarum, quas olim Ezechias Rex iacto obstruxerat puluere. vbi iuxta arborem quadam sepulcrum eius adhuc visitur. Nunc autem est ibi hortus holerum:

## 226.

*Breiden. 14.*  
*Iul. c.*  
*Sal. tom. 10.*  
*cap. I.*  
*Pasc. d. 197*

**L**ATIBVLA APOSTORVM. multæ sunt cauernæ, in quibus ex Apostolis octo tempore passionis Domini latuisse, veterum traditio est.

## 227.

*2 Reg. 18. d.*  
*Iose 7. ant. 10*

**M**ONVMENTVM siue manus ABSALOM. Columna erat & statua marmorea cum inscriptione, duobus à Hierosolyma stadijs distans: quam Absalom viuis sibi in monumentum in Valle regia erexerat: Vbi etiamnum turris & magnus lapidum aceruus extat: qui quotidie magis ac magis

*Breiden 14.*  
*Iul. c.*



LOCI AD MERID. VRBIS. 185.

ac magis augetur. Nam pagani & peregrini illac transeuntes, pro more habent vt quisque lapidem in eum proijciat, & quasi iuxta legem vindicantes ipsius aduersus Dauid patrem suum rebellionem, huiusmodi maledictione illū execrantur: *Maledictus sit parricida Absalom: & quicumq; iniuste parentes suos persequuntur, maledicti sint in aeternum.*

*Deut. 21. d.*

*Pasc. d. 191.*

228.

**P**ISCINA SUPERIOR sita in australi pede montis Sion. quam magnificus Rex Ezechias cum suo aquæductu (qui Piscina fullonis à Hieronymo vocatur) instaurauit, cuius quoque aquas in obsidione Assyriorum iniecto puluere obstruxit.

*4. Reg. 18 d*

*2 Par. 32. d.*

*Isai. 7 a 36 a*

*Hieron in*

*loc. Heb. lit.*

*T.*

*Broc itin 6 b*

229.

**S**EPULCRVM ZACHARIAE, filij Barachiae, aliàs filij Ioiadae, quem Iudæi occiderunt inter templum & altare.

*2 Par. 24. e*

*Mat. 23. d*

*Breiden 14-*

*Iul. c.*

*Salto 9: c. 1*

M S LOCI